UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti

Stengel, Carl

[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV

XVIII. Decembris. S. Vvvnibaldvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38356

Visual Library

S. Wvnibaldvs, natus e regiâ ſtirpe patre Richardo matre Vunnâ, decennis Monaſteriũ ingreſſus mirificè in virtutũ ſtadio profecit. Inde cum patre & fratre peregrinationem ſuſcipiens, Lucæ Italiæ vrbe patrem amiſit. Inde cum fratre Willibaldo Romam digreſſus, ibidem ab eo Hieroſymam proficiſcente æger relictus eſt. Poſt ſeptennii tempus in patriam rediens, multos ad mundi contemptum & virtutis ſemitam traduxit, indeq́; Romam reuiſens, à Gregorio III P.M. S. Bonifacio adiutor in Germanis rectâ fide imbuendis eſt adiunctus. A quo Presbyter ordinatus, & ſeptem eccleſiis in Thuringiâ eſt præfectus. Non parùm gratiâ valuit apud Vtilonem Boiorum Ducem, à quo latis poſſeſſionibus ditatus, aliisq́; donis largiter eſt adiutus. Inde in Heidenheim, duo Monaſteria conſtruxit, vnum, in quo ipſe cum diſcipulis monaſticam vitam ſequeretur; alterum in quo S. Walpurga ſoror cum ſacris Virginibus exerceretur. Tandem multis clarus virtutibus abiit in cælum XV. Kal. Ian. A. C. DCCLXXVI. *Ex vitâ prolixiori.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN